

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Tituli

Iste liber dicitur est sententiarum deo quod sententias antiquorum patrum et doctorum de catholicis veritatibus hinc inde collectas summam comprehendit. Et prima sui diuisione diuidit in tres partes. scilicet in probemium. Tractatum et Epilogum. Prima pars probemialis incipit in principio libri et extendit se usque ibi ceteris ac noue. Tractatus vero ab inicio usque prope finem libri. ubi dicitur. Hec de pedibus sedentis super solium excelsum. Epilogus autem ab inde usque ad finem libri totius. Probemium in quantum quod restat ad presens legendum diuiditur in tres partes. In quarum prima reddit studentes beniuolos. Et hoc a principio libri usque ibi. horum ergo deo odibilem. In secunda reddit eos dociles. Et hoc a loco iam dicto usque ibi. Non debet igitur hic labor. In tertia facit eos attentos. Et hoc a textu iam ultimo allegato usque ad finem probemij. Et est sententia magistri in hoc probemio in generali. In speciali autem eius sententia summaria stat in hac conclusione tripartita. Sicut per hoc quod magistrum ad compilationem huius libri cause attrahentes causas retrahentibus plus mouerunt. ipsius libri auditor beniuolus efficitur. Sic per quatuor causarum eius assignationem docilis redditur. ac per eiusdem utilitatis expressionem attentus constituitur. **¶** Prima pars huius conclusionis probatur sic. Quilibet bonus discipulus debet tantum beniuolentie alicuius doctrine studio impendere quantum magister suus studet beniuole tradere. quia alias esset ingratus. et per consequens non bonus discipulus. Sed magister tam beniuolus ad traditionem huius libri doctrine extitit. quod causas retrahentes non ponderans ut doctrinam traderet hunc librum compilauit. Igitur per hoc quod causas retrahentibus causas attrahentes magister in huius voluminis editione pretulit. quemlibet eius studentem per suam beniuolentiam beniuolum ad eius studium efficit. ut intendit prima pars huius conclusionis. Maior huius rationis est manifesta. Minorem autem ponit magister in littera dicens. quod ipsum cupientem aliquid mutere de penuria ac tenuitate scientie et ingenij in gazophylatium domus. id est. in doctrinam sacre scripture. in quo omnes sancti patres exposuerunt sua opera. attrahit eum desiderium proficiendi. sed retrahit eum defectus scientie et ingenij. vel retrahit eum alia causa. scilicet altitudo materie huius operis. et magnitudo laboris. Et per oppositum statum subiungit causam contrariam mouentem et attrahentem que est confidentia diuini auxilij. et premium a christo promissum. Sed predictas causas magistrum retrahentes ab huius operis compilatione vincit amor intensus. quem magister habet ad ecclesiam. quo inflammatur opus aggreditur. Et suam intentionem principaliter dicit circa tria versari. scilicet circa fidei defensionem. catholice veritatis explanationem et sacramentorum manifestationem. **¶** Secunda pars huius conclusionis predictae. scilicet quod per assignationem quatuor causarum istius libri auditor efficitur docilis. probatur sic. Tanto cuiuslibet scientie seu doctrine auditor redditur magis docilis. quanto ipsa scientia habuerit causas. finalem fructuosiores. efficientem ineffabiliores. materialem certiores

et formalem aptiores. Sed huius libri scientia habet causam finalem fructuosissimam. materialem certissimam. efficientem ineffabilissimam et formalem aptissimam. ergo causarum huius scientie assignatio eius auditoribus est docilitatis ministratio. ut sonat secunda pars conclusionis premissae. Maior huius rationis est euidentis. sed minorem ponit magister in littera. cum dicit. Honorum ergo deo odibilem etc. Primo ponit causam finalem duplicem. scilicet destructionem erroris et manifestationem veritatis. Secundo ponit causam efficientem similiter duplicem. scilicet principalem scilicet est deus. et minus principalem seu instrumentalem sicut seipsum. Tertio materialem. scilicet autoritates sacri canonis et sanctorum patrum sententias. Quarto causam formalem. scilicet formam tractatus que consistit in distinctione huius operis in libros distinctiones. et capitula. Et etiam formam tractandi que est idem quod modus agendi. id est. diuidendi vel exempla ponendi. Tertia pars eiusdem conclusionis. scilicet quod per expressionem utilitatis doctrine huius libri discipulus eius attentus constituitur. probatur sic. Quanto maioris utilitatis existit doctrina alicuius libri seu scientie cunctis eius auditoribus eosdem reddit magis attentos. sed huius libri scientia seu doctrina est maxime utilitatis. ergo per huiusmodi utilitates suos auditores reddit attentos. Maior huius rationis est nota. Minor probatur ex littera in qua magister dicit. quod iste labor non est superfluous sed est necessarius. eo quod illa que alibi sparsum et diffuse percontantur in ipso breuiter tractantur. ita quod non sit necesse librorum numerositatem percurrere cum breuitas ea que collecta sunt in hoc libro prompte offert quasi sine labore. Et hoc est sententia huius probemij in principali.

Incipiunt rubricae libri primi. Distinctio prima.

Omnis doctrina

est de rebus vel de signis.

De rebus quibus fruendum est vel utendum. et de his que fruuntur et utuntur.

Quid sit frui vel uti.

¶ **¶** De trinitate et unitate.

Que fuerit intentio scribentium de trinitate.

Quis ordo sit seruandus cum de trinitate agitur.

De testimonijs veteri testamenti quibus trinitatis mysterium declaratur.

De testimonijs noui testamenti ad idem pertinentibus.

¶ **¶** De cognitione creatoris per creaturas in quibus trinitas vestigium apparet.

De imagine et similitudine trinitatis in anima humana.